

1170

Clemens PP. XII.

CLEMENTIS PAPAE.

Dilecte Fili Nobilis Vir salutem et Apostolicam Benedictionem. Luculentissimum negotiorum et dissensus nostri talem Nobilitatem Tuam esse voluimus, cum in concursu Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis in Parmæ et Placentiæ Ducatum jura, Antonio Farnesio hoc me dum viveret, ultimo Duce Romanæ Ecclesiæ Vassallo viam universæ carnis ingresso, per immissas Cæsareas Copias violari atque accipientes, officiorum tuorum opem requisivimus. Interea temporis statim ab illius interitu, et post sublatam posthumi ex eodem Proles spem diligenter curavimus, ut per Apostolicos nostros et Administratos vera et realis usque dominii possessio caperetur, et omnia juris remedia adhiberentur, ac nostras in simili forma Brevis literas ad Principes, quorum intererat, dare non omisimus, ut a tanta Sanctuario irroganda injuria sese abtinerent. Atque eo quidem vehementius a Nostris atque hujus Sanctæ Sedis Ordinariis apud Catholicos Principes Nuntiis instandam esse mandavimus, quod per omnium literas ad Nos rescriptas fiduciam nostram foviri, ac sustentari apertissime videretur; fore nimirum, ut compositis, adspirante Dei gratia, armorum discitiis, ad quæ concilianda tantopere adlaboravimus, omnia sarta tecta Nobis restituerentur. Per prævios autem pacis, quam avidius precibus ac misericordiarum Votis imploravimus, modo prope confectis articulis, cum non solum eadem exploratissima jura exstinguere penitus desere, verum etiam Romanam Ecclesiam omnium Christianorum Matrem de possessione sua ejusdem filii deturbare conentur; facere non possumus, quin justissimas querelas et gemitus nostros ad Nobilitatem Tuam iterum dolentes deferamus. Itaque Nobilitatem Tuam pro testatissima tua erga Apostolicam hanc Sedem reverentia et filiali in Nos observantia rogamus et precibus, ut per Teipsum atque tuos Administratos, ubicunque operam tuam præclarissimam rationibus nostris saluberrime profuturam sapientissime noverit Nobilitas Tua, alacrius conferre et impendere studeas, neque præbui locum deesse justitiæ. Quæ enim tute, unquam erunt dominis suis ditioes, etsi legitimis titulis constitutæ ac firmatæ, nunc pacifice possidentur; dum Sedis Apostolicæ patrimonium tot nominibus justis ac veris acquisitum, per duo et amplius secula possessum a Sacri Romani Imperii Vassallagio ipsis Imperatoribus contestantibus exemptum, Religionis præsidio munitum, Deo consecratum pro arbitrio datur ac defertur? Nos autem reluctantes ac protestantes, et acrobitatem improbationemque palam omnibus facientes, ad vindicanda Romanæ Ecclesiæ jura, et detrimenta amolienda, Apostolici quidem ministerii nostri partes explere semper aditemur, Omnipotentem Deum supplices exorantes, ut mittat auxilium suum de Sancto, et hereditatem suam tueatur, et convertat corda filiorum ad reddenda et conservanda cum debita rebus sacris reverentia Romanæ Ecclesiæ Christi Spemque decora et ornamenta. Te vero, Dilecte Fili Nobilis Vir, decet, ut pro dignitate tua amplissima et insigni pietate ac justitia officiorumque apud Principes suffragia nostris studiis et conatibus conjungas, ut Dei causam invicem constanter agentes Ecclesiæ suæ bene consulamus, et legitime certantes in terris eternam Nobis in cælis mercedem comparemus. In cuius auspiciis et pignus Nobilitati Tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Maii.

M DCCXXXVI. Pontificatus
Nostri.
Anno
Sexto.

Pro Archiepo Lmisenensi
Jo. Vincentio Ruccherini

1736 Xp. ten st. Playford
3 Mai Clemens XII an Kurfürst
Carls ^{in d. Pfalz} St. Pölten, wegen der
Prozeßsumme Parma & Piacenza.

1738.
May 20.
Willelmo Johi Nobili Viro Caroli Aug. Heiburg
Comiti Palatino Rheno. S. R. I. Principi Electori